

Alte Drucke

**GILB. GENEBRARDI || THEOLOGI PARISIENSIS || DIVINARVM
HEBRAICARVMQVE || LITERARVM PROFESSORIS REGII ||
Chronographiæ Libri quatuor. || PRIORES DVO ...**

Génébrard, Gilbert

Parisiis, 1600

Admonitio pia in totum opus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150529

Admonitio pia in totum opus.

QUOD aliquando, Christiane lector, viciosa esse dieatur 70. Interpretum translatio, hoc intelligas, tantum ob menda quæ irrepperint, de quibus præterquam quod ille Hispanus Doctor ex professo iam eorum auctoritatem vindicavit, habeo quædam à me observata, eiusdem argumenti quæ in hac additione, publicare non potui, cum propter nundinas proximas Francofurtenses, eam pressius vrgerent ij quorum interest. Nec melius mihi licuit meam, *Schimmusch tehlim*, Interpretationem promulgare. Ea igitur in aliud tempus dilata sunt. Quod differtur non aufertur. Scio porro permultos graues viros & doctos multa in D. Genebrardo desiderare, tum circa illa in quibus *ἡ ἀληθεία*, ipse liberius pronuciassè videtur: tum etiam quoad ipsius methodum. Sane quam illud est verissimū Nihil est vnde quaque beatum, Sed si isti hie fient, aliter fortasse etiam sentiant. Aliquando si Deus dabit, Chronologiæ typus concinniore fortassis methodo, nescio an gratiosiore apud omnes, prodibit in lucem, per ocium. Quod porro quædam repeti inutiliter, aut etiam contradictoriè videantur: hoc nequaquam obliuione aut consilij inopiâ factum est, à D. Genebrardo: sed data operâ, vt omnium sententiæ etiam diuersæ vno contuitu aspici possent, veluti vno exemplo pro aliis, Ioannem Scotum ait alicubi à suis discipulis cõfessum, alibi verò è morbo fuisse mortuum. Perinde est in eo atque de Cyro, alij ferunt à Tomyri Scytharum Regina interfectum, alij placidè in suorum conspectu, post grauissimam de animæ immortalitate orationem expirasse. In his omnibus non solum non accusandus venit D. Genebrardus, sed potius valde laudandus est, qui neminè velit suo fraudatum testimonio, neque temerè de re controuersa pythagorico supercilo pronunciarit. Caterum cum iam hæc absoluissemus, allatum est nobis Romæ nunciū, de Christianorum ingenti victoriâ aduersus Turcas, mense Iunio nuper elapso, quod vehementer animos omnium conuertit, ac in spem erigit fore breuius imperij Tyrannici ruinam, Deo volente: nisi nos tanto beneficio indignissimos reddiderimus. Quod superest sperandū etiam nobis est, multos ex pseudo-ministris sponte conuersum iri, cum videant sui Caluini fraudes nimium probrofas, iā omni velamine ablato, apud omnes ignominiosissimè diffamari. Et alioqui pleròsque dū diem protrahunt, repentina morte interceptos, aut etiam ab astantibus in extremo vitæ à benedictione impeditos, non potuisse suo desiderio potiri. Alfonso, Bertrandus, Paganus, Serranus, Colomberius & Platea cū Rotano id magno suo dolore nimis experti sunt. Et quod ita se res habeat, testantur homiliæ sic dictæ, de Passione ac Resurrectione Christi, à Beza habitæ quibus aduersus Ministros, vt ille ait, se ad Catholicam Romanam Ecclesiā inuolantes inuehitur, & in suis Epistolis liminaribus earundem homiliarum ad varios Germanos inscriptis Testantur etiā Epistolæ Serrani ad Bezam, quibus illi exprobrat suam cordis duritiem, quod tantum bonum sua tyrannica auctoritate impediret, & ipsum esse hæreticorum omnium Coryphæum quæ Beza non posset negare. Et quod maxime mirum est, iā post multos annos, obstinatissimi quique dum viuunt & valent Calvinistæ, quique ne audire quidem volunt, si quando nec opinantes, eos inuadat lethalis morbus, petunt statim Catholicos sacerdotes, & Catholici fieri volunt. Satis testatur eo conscientia ipsorum, apud Deum non sibi esse tutum apparituram facere, sine Apostolica Ecclesiæ Romanæ benedictione. Faxit Dominus vt omnes bene & serio conuersi ac pœnitentes, in melius quotidie proficiamus, vt tandem Regno potiamur cœlesti, per gratiam Dei. Amen